

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Eidem

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

Reuerendo uiro, D. Georgio Bu-  
choltzer, fratri suo charis-  
timo,

S. D. Reuererēde uir, & amice charissime.  
Scriptū hic Simon Proxenus carmen de Moyse fe-  
riente petram. Id offerre decreuit Episcopo Libu-  
siano. Queso, ut adolescentem consilio et commen-  
datione iuuetis. Ego etiam uobis carmen de eclipsi  
mitto, quæ profectō minitatur noua certamina.  
Sed oremus filium Dei, ut nos regat, & in his regio-  
nibus semper Ecclesiam æternam sibi colligat: &  
tribuat salutarem gubernationem, pacem & con-  
cordiam Ecclesijs & imperijs harum regionum.  
Nuper exhibui pecuniā, quam ion. & filius attulit,  
filio uestro: ut significasse etiam uobis arbitror. Be-  
ne ualete, Die 6 Decembris, Anno 1555.

Eidem.

S. D. Reuerende uir, & amice charissime. Etsi  
arbitror uos iam uidisse exemplum nostræ admoni-  
tionis de libro Augustano, scriptæ communī delibe-  
ratione breuiter & modeſte: tamen quia petiuisti,  
mitto. Nec prohibeo ostendi omnibus, qui uidere  
uolunt. Imò doctissimas uiros in Academia Fran-  
fordiana iudices esse facile patior. Nec dubito ui-  
rum christiūm D. doctorem Hieroymum, de iu-  
stificatione desideraturum in libro Augustano fa-  
ceritatem,

ceritatem. Mitterem & ipsum librum Augustanū,  
si plura exempla haberem. Sed mihi credite, multa  
futilia sophismata libri Augustani prorsus non at-  
tigi. Opto & ego pacem & concordiam Ecclesiarum. Sed liber Augustanus nec ad ueritatem, nec ad  
concordiam erit utilis, ut aliquanto post res ipsa o-  
stendet. Mcum igitur consilium eō spectat, ut cum  
bac uia, quam liber Augustanus proponit, nō pos-  
sit illa aurea ætas, quam nobis promiserunt literæ  
quorundam ex conuentu Augustano scriptæ, con-  
stitui: potius nulla fiat mutatio in Ecclesijs harum  
regionum, nec pellantur pij & docti pastores, nee  
turbetur inuocatio piorum hominū. Nec tamē cer-  
tamina mouebo, si alijs uolunt mutare Ecclesijs; sed  
discedam, Deo gubernante, in alia loca: quia seui-  
tiam, quæ suscipietur aduersus pios pastores, ne-  
quaquam adiuuare uolo. Bene ualete. Die natali Dñ  
cis Ioannis Friderici, justi & pij Principis. /548.

Egregia doctrina & pietate prædito, D.  
Georgio Sabino, pastori in Tangermûd,  
magistro honestarum & liberalium  
artium,

Solino of p. 377.

S. D. De scripto illustrissimi Principis, iam  
ſepe ex alijs respondi. Probo Articulos doctrinæ:  
& probare eos hic etiam cæteros intelligo. De ce-  
remonijs uero humanis audio uisitatores ince-